Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

omni humilitate & mansuetudine cum patientia supportan
tes inuicem in karitate solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo
pacis. unum corpus. & unus spiritus. sicut uocati estis in una spe uo
cationis. Unus dominus. una fides. unum baptisma. Unus deus
& pater omnium. qui super omnes & per omnia. & in omnibus nobis.
qui est benedictus in secula seculorum. Amen. S. lucam.

In illo tempore. Cum intraret ihesus in domum cuiusdam principis pha
risaeorum sabbato manducare panem. & ipsi obseruabant eum.
Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respon
dens ihesus dixit ad legisperitos & pharisaeos. Si licet sabbato cu
rare. At illi tacuerunt. Ipse autem apprehensum sanauit eum. ac di
misit. Et respondens ad illos dixit. Cuius uestrum bos aut asinus
in puteum cadit. & non continuo extrahet illum die sabbati. Et
non potuerunt ad hec respondere illi. Dicebat autem ad inuitatos
parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent. dicens
ad illos. Cum inuitatus fueris ad nupcias. non discumbas in pri
mo loco. ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. & ueniens
qui te. & illum inuitauit dicat tibi da huic locum. & tunc incipi
as cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum uocatus fue
rit. uade discumbe in nouissimo loco. ut cum uenerit qui te & illum
inuitauit dicat tibi Amice. ascende superius. Tunc erit tibi gla
ria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat humi
liabitur. & qui se humiliat exaltabitur. In. iiii. ep̄ri. ⸸ A

Ecce dicit dominus deus. Ecce dies uenient. & ios. ⸸ he.

Apprehendet arator messorem. & calcator uue mittentem
semen. & stillabunt montes dulcedinem. & omnis colles culti erit.
Et conuertam captiuitatem populi mei israel. & edificabunt ciuitates
desertas. & habitabunt in eis. & plantabunt uineas. & bibent